IMPERATORUM ROMANORUM REGUM POPULORUM ET URBIUM...

Giuseppe Niccolini

Li6..

57

IMPERATORUM
ROMANORUM
REGUM
POPULORUM ET URBIUM
NUMISMATUM AUREORUM

QUÆ FLORENTIÆ IN MUSÆO

PHILIPPI NICCOLINI

MARCHIONIS PONTIS SACCI &c.

ASSERVANTUR

SIMPLEX DESCRIPTIO

ANNO MDCCXXVIII.

NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM.

CAJUS JULIUS CAESAR.

CAESAR. Caput Julii laureatum, ſiniſtrorſum, à dextris lituus.

C CAES AUG GERMANICUS P M T POT. Caput Caligulæ laureatum, dextrorſum.

MARCUS ANTONIUS III. VIR.

ANTONIUS IMP. Caput Antonii nudum, ſiniſtrorſum.

CAESAR IMP. Caput Auguſti nudum, ſiniſtrorſum.

AUGUSTUS.

CAESAR · COS · VII CIVIBUS · SERVATIS. Caput Auguſti nudum, ſiniſtrorſum.

AUGUSTUS S C. Aquila alis expanſis, roſtro dextrorſum verſo, è fronte volitans, coronam querceam unguibus tenet; hinc inde arbor lauri, ambæ humi fixæ, & retro aquilæ alas apparentes.

Caput Auguſti dextrorſum , cum corona quercea , abſque inſcriptione.

FORTUN · REDU · CAESARI · AUG · S · P · Q · R. In medio aræ.

AUGUSTUS DIVI · F. Caput Auguſti nudum, ſiniſtrorſum.

IMP · X. Bos cornupeta , gradiens à ſiniſtris dextrorſum.

Eadem epigraphe. Caput Auguſti laureatum , dextrorſum.

IMP XII. In area nummi , figura media , Dianæ venatricis , habitu virili , ſtantis , dextrâ haſtam , ſiniſtrâ arcum tenentis; à dextris canis: in ima parte SICIL.

CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti laureatum , ſiniſtrorſum.

MAR ULT. Templum rotundum , ſex columnis ſuffultum, cum tribus gradibus , in cujus medio aquila legionaria ; hinc , & inde ſigna cohortium.

CAESAR AUGUSTUS · DIVI · F · PATER PATRIAE. Caput Auguſti laureatum , ſiniſtrorſum.

PONTIF · MAXIM. Figura muliebris ſtolata in ſella ſedens, ſiniſtrorſum verſa, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ramum.

CAESARI AUGUSTO. Caput Auguſti laureatum, ſiniſtrorſum.

S · P · Q · R. Templum rotundum cum quatuor columnis, & tribus gradibus, in quo aquila legionaria, & ſignum militare, ambo impoſita currui, abſque equis.

CAESAR AUGUSTUS DIVI F PATER PATRIAE. Caput Auguſti laureatum, ſiniſtrorſum.

TI CAESAR AUG F TR POT XV. Quadrigæ triumphales, cum Imperatore aurigante, dextrâ ramum tenente, ſiniſtrâ vexillum.

DIVOS AUGUST DIVI F. Caput Auguſti nudum, ſiniſtrorſum, & Stella deſuper.

TI CAESAR DIVI AUG F AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, ſiniſtrorſum.

Eadem epigraphe. Caput Auguſti laureatum, ſiniſtrorſum, cum Stella deſuper.

TI CAESAR DIVI AUG F AUGUSTUS. Idem typus, ac antecedens.

AUGUSTUS. Caput Auguſti nudum, ſiniſtrorſum.

Sine epigraphe. Sphinx alata ſiniſtrorſum verſa.

TIBERIUS.

TI CAESAR DIVI AUG F AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, ſiniſtrorſum.

DIVOS AUGUST DIVI F. Caput Auguſti laureatum, ſiniſtrorſum, & Stella deſuper.

Eadem epigraphe.

PONTIF MAXIM. Figura muliebris ſtolata in ſella ſedens, ſiniſtrorſum verſa, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ lauri ramum tenens.

TI DIVI F AUGUSTUS. Caput Tiberii laureatum, ſiniſtrorſum.

TR POT XX. Victoria globo inſidens, ſiniſtrorſum verſa, ambabus manibus zonam tenens. *Quin.*

NERO

NERO CLAUDIUS DRUSUS.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. Caput Druſi laureatum, dextrorſum.

DE GERMANIS. Duo clypei, per transverſum in cruce poſiti, cum ſpiculis ſubtus apparentibus, & vexillo militari in medio.

ANTONIA.

ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ ſiniſtrorſum, cum corona ſpicea, ad pectus cum ſtola.

SACERDOS DIVI AUGUSTI. Duæ tædæ ardentes humi fixæ, ſimulque colligatæ.

CAJUS, CALIGULA COGNOMINATUS.

C CAESAR AUG · GERM · P · M · TR · POT. Caput Caji laureatum, ſiniſtrorſum.

DIVUS AUG PATER · PATRIAE. Caput Auguſti radiatum, ſiniſtrorſum.

TIBERIUS CLAUDIUS.

TI CLAUD CAESAR AUG GERM P M TRIB POT P P. Caput Claudii laureatum, ſiniſtrorſum.

AGRIPPINAE AUGUSTAE. Caput Agrippinæ ſiniſtrorſum, coronâ ſpiceâ ornatum, cum ſtola ad pectus.

TI CLAUD CAESAR · AUG · P · M · TR · P. Caput Claudii laureatum, ſiniſtrorſum.

IMPER RECEPT. In muro caſtri Prætorii, in quo à dextris eſt fixa aquila legionaria, & à ſiniſtris adeſt figura militaris galeata dextrorſum verſa, dextrâque haſtæ nixa, excubias agens.

TI CLAUD · CAESAR · AUG · P · M · TR · IIII. Caput Claudii laureatum, ſiniſtrorſum.

PACI AUGUSTAE. Figura muliebris alata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ caduceum, dextrâ bullam è collo pendentem prætendit; ad pedes, à ſiniſtris erigitur ſerpens.

TI CLAUD CAESAR · AUG · P · M · TR · P · VI · IMP XI. Caput Claudii laureatum, ſiniſtrorſum.

PACI AUGUSTAE. Figura muliebris alata gradiens ut ſuperior, ſiniſtrâ caduceum tenens, quo ſerpentem humi ſublevatum tangit, dextrâ bullam è collo pendentem ori admovens.

AGRIPPINA CLAUDII.

AGRIPP AUG DIVI CLAUD NERONIS CAES MATER. Caput Agrippinæ à ſiniſtris, dextrorſum verſum, cum ſtola ad pectus, & caput Neronis nudum à dextris, ſiniſtrorſum verſum.

NERONI CLAUD DIVI F CAES AUG GERM IMP TR P. Circum corona quercea, in cujus medio EX S C.

NERO

NERO.

NERO CAESAR AUGUSTUS. Caput Neronis laureatum, ſiniſtrorſum.

AUGUSTUS AUGUSTA. Duæ figuræ ſtantes dextrorſum verſæ; radiata, quæ à dextris, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam tenens, divum Auguſtum repræſentat; velata, quæ a ſiniſtris, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex Cornucopiæ tenet, Liviam.

Eadem epigraphe.

IANUM CLUSIT PACE P · R · TERRA MARIQ PARTA. Porta templi clauſa.

Eadem epigraphe.

IUPPITER CUSTOS. Juppiter ſeminudus in ſella ſedens à ſiniſtris dextrorſum; dextrâ genu nixâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.

NERO · CAESAR · AUG · IMP. Caput Neronis ſiniſtrorſum, nudum.

PONTIF · MAX · TR · P · IIII · PP. Circum corona quercea, in cujus medio EX S C.

NERO CAESAR AUGUSTUS. Caput Neronis laureatum, ſiniſtrorſum.

SALUS. Figura muliebris cathedræ inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet.

Eadem epigraphe.

VESTA. Templum rotundum, ſex columnis ſuffultum, cum quatuor gradibus in cujus medio ſtatua deæ Veſtæ ſedentis, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ pateram tenentis.

SER-

SERVIUS SULPICIUS GALBA.

IMP SER GALBA AUG. Caput Galbæ nudum, ſiniſtrorſum.
S P Q R OB C S. In corona quercea.

MARCUS OTHO.

IMP M OTHO CAESAR AUG TR P. Caput Othonis nudum.
VICTORIA OTHONIS. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam tenet.

AULUS VITELLIUS.

A VITELLIUS GERM IMP AUG TR P. Caput Vitellii laureatum, ſiniſtrorſum.
LIBERI · IMP · GERM · AUG. Duo capita nuda filiorum Vitellii, ſe reſpicientia.
Eadem epigraphe.
LIBERTAS RESTITUTA. Figura muliebris ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextrâ pileum tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnititur.
Eadem epigraphe.
PONT MAXIM. Figura muliebris in cathedra ſedens ſiniſtrorſum verſa, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam tenet.

VESPASIANUS.

IMP CAESAR VESPASIANUS AUG. Caput Veſpaſiani laureatum, ſiniſtrorſum.

AETERNITAS. Figura muliebris velata ſtans ad aram cum igne, dextrorſum verſa, dextrâ caput Solis, ſiniſtrâ caput Lunæ tenet.
Eadem epigraphe.

COS VIII. Figura militaris à dextris ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen tenet; à Victoria dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam tenente, & à ſiniſtris ſtante, coronatur.
Eadem epigraphe.

IUDAEA. Figura mœſta humi ſedens à dextris ſiniſtrorſum, humeris trophæo adnititur.

IMP CAES VESP AUG CEN. Caput Veſpaſiani laureatum, ſiniſtrorſum.

PAX AUG. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, ſiniſtrâ columnæ encarpis ornatæ nixa, cum ramo olivæ, dextrâ caduceum protendit ſupra tripodem, in quo pars hoſtiæ cæſæ.
Eadem epigraphe.

VESTA. Templum rotundum quatuor columnis ſuffultum, cum tribus figuris ſtantibus, quarum duæ extra ad ornatum templi, tertia in medio, ipſam Veſtam repræſentat.

TITUS VESPASIANUS.

T CAESAR IMP VESPASIAN. Caput Titi laureatum, ſiniſtrorſum

COS IIII. Bos cornupeta gradiens à dextris ſiniſtrorſum.

TI CAE-

T CAESAR IMP VESPASIANUS. Caput Titi laureatum, ſiniſtrorſum.

COS VI. Figura galeata Romæ, clypeis inſidens, ſiniſtrorſum verſa, ſiniſtrâ haſtam tenens, inter duas aquilas, aut vultures per aërem volitantes, ante ipſam ad pedes lupa cum puerulis.

T CAES IMP VESP PON TR POT. Caput Titi laureatum, ſiniſtrorſum.

NEP RED. Neptunus ſtans dextrorſum verſus, dextro pede globum calcans, dextrâ acroſtolium, ſiniſtrâ haſtæ adnititur.

T CAESAR IMP VESPASIAN. Caput Titi, ut ſupra.

PAX AUGUST. Figura mulebris ſtolata in cathedra ſedens, dextrorſum verſa; dextrâ olivæ ramum, ſiniſtrâ baſtam per tranſverſum tenet.

T CAES IMP VESP CENS. Caput Titi, ut ſupra.

PONTIF TRI POT. Figura virilis togata in ſella ſedens ſiniſtrorſum verſa, dextrâ baſtam, ſiniſtrâ ramum lauri tenet, ſub pedibus ſcabellum.

DOMITIANUS.

CAESAR AUG F DOMITIANUS. Caput Domitiani laureatum, ſiniſtrorſum.

COS V. Sarmata ſiniſtrorſum verſus, dextro genuflexus, dextrâ ſignum militare, & arma ad inſtar reſtituentis porrigit.

DOMITIANUS AUGUSTUS. Caput Domitiani, ut ſupra.

GERMANICUS COS XVII. Figura ſeminuda mœſta ſuper ſpolia extenſa ſedens à dextris ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ caput ſuſtinet, dextrâ humi adnititur: in ima parte haſta infracta.

IMP CAES DOMIT AUG GERM P M TR P V̄. Caput Domitiani, ut ſuperius.

IMP XI COS XII CENS · P · P · P. Figura Palladis galeata prori navis inſiſtens, ſiniſtrorſum verſa, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ clypeum tenet; ad pedes à ſiniſtris noctua.

Eadem epigraphe.

IMP X̄I COS XII CENS P P P. Figura muliebris ſeminuda mœſta crinibus incomptis, ſuper ſcutum extenſum ſedens à dextris ſiniſtrorſum, ſiniſtro brachio genu ſiniſtro nixo caput ſuſtinet, dextro humi adnititur; ante ſcutum ſpiculum in medio infractum.

IMP CAES DOMITIANUS AUG P M. Caput Domitiani, ut ſupra.

IUPPITER CONSERVATOR. Aquila alis expanſis roſtro dextrorſum verſo, fulmini inſiſtens è fronte.

CAESAR AUG F DOMITIANUS COS VI. Caput Domitiani, ut ſupra.

PRINCEPS IUVENTUTIS. Duæ dextræ junctæ, cum ſigno militari proræ navi fixo in medio.

IMP CAES DOMITIANUS AUG P M. Caput Domitiani, ut ſupra.

TR POT IMP II COS VIII DES IX P P. Caput Palladis galeatum, dextrorſum ad humeros.

CAES AUG F DOMIT COS II. Caput Domitiani, ut ſupra.

Sine

Sine epigraphe. Figura equeſtris paludata gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tenet, ſupra quam galea.

N E R V A.

IMP NERVA CAES AUG P M TR P COS III P P. Caput Nervæ laureatum, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA EXERCITUUM. Nexus manuum.

Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

CONCORDIA EXERCITUUM. Duæ dextræ ſimul ſe jungentes ſignum militare proræ navi fixum ſuſtinent.

Eadem epigraphe.

LIBERTAS PUBLICA. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ pileum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

NERVA TRAJANUS.

IMP TRAIANO AUG GER DAC P M TR P. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

COS V P P S P Q R OPTIMO PRINC. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ pileum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum tenet.

Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

COS · V · PP · S · P · Q · R · OPTIMO PRINC. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, ſiniſtrâ calamum, dextrâ ramum tenet; propè eam à dextris camelus dextrorſum verſus.

IMP CAES NERVA TRAIAN AUG GERM. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum.

DACICUS · COS · V · PP. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam tenet. *Quin.*

IMP CAES NER TRAIANO OPTIM · AUG GERM DAC. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum chlamyde.

PARTHICO P M TR P COS VI PP S P Q R. Caput virile radiatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

IMP CAES NERVA TRAIAN AUG GERM. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum.

P · M · TR · P · COS · II · P · P. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ temonem ſuper proram navis fixum, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

IMP CAES NERVA TRAIAN AUG GERM. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum; ad humeros cum paludamento.

P · M · TR · P · COS · IIII · P P. Hercules nudus haſi inſiſtens è fronte, dextrâ clavam, ſiniſtrâ leonis exuvias.

IMP CAES NER TRAIAN OPTIM AUG GER DAC PARTHICO. Caput Trajani laureatum, ſiniſtrorſum; ad humeros cum paludamento.

P M TR P COS · VI · P · S · P · Q · R. Duæ figuræ captivæ mœſtæ humi ſedentes ad arboris trophæum, ante eas pharetra; in ima parte PARTHIA CAPTA.

TRAJANUS HADRIANUS.

HADRIANUS AUGUSTUS. Caput Hadriani laureatum, ſiniſtrorſum.

COS

COS III. Lupa dextrorſum verſa pueulos lactans.
Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

COS III. Figura equeſtris babitu pacificatoris gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ babenas tenet.
HADRIANUS AUG COS III P P. Caput Hadriani nudum, ſiniſtrorſum.

HISPANIA. Figura muliebris humi decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ramum tenet, ſiniſtrâ rupibus nixâ; ad pedes cuniculus.
Eadem epigraphe.

MONETA AUG. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet. *Quin.*
IMP CAESAR TRAIAN HADRIANUS AUG. Caput Hadriani laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS II. Figura muliebris in ſella ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet; in ima parte FORT RED.
Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

P · M · TR · P · COS · II. Caput Solis radiatum, ſiniſtrorſum, ad pectus paludamentum: in ima parte ORIENS.
Eadem epigrapbe.

P M TR P COS III. Janus bifrons ſeminudus ſtans è fronte, dextrâ haſtæ adnititur, ſiniſtrâ veſtem ſuſtinet.
HADRIANUS AUGUSTUS P P. Caput Hadriani nudum, dextrorſum.

VENERI GENITRICI. Venus ſtans dextrorſum verſa, dextrâ victoriolam trophæo onuſtam, ſiniſtrâ clypeo innixâ, baſtam ſuſtinet.

SA-

SABINA AUGUSTA. Caput Sabinæ ſiniſtrorſum cum diademate; ad pectus cum ſtolâ.

VESTA. Figura muliebris in ſella ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ palladium, ſiniſtrâ haſtam tenet.

TITUS AELIUS HADRIANUS ANTONINUS PIUS.

ANTONINUS AUG PIUS PP TR P XII. Caput Antonini laureatum, ſiniſtrorſum; prope collum à ſiniſtris, ramus quercus.

COS IIII. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

ANTONINUS AUG PIUS PP TR P XVI. Caput Antonini nudum, dextrorſum; ad pectus paludamentum.

COS IIII. Figura virilis togata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ globum, ſiniſtrâ veſtem tenet.

ANTONINUS AUG PIUS PP TR P XI. Caput Antonini nudum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

COS IIII. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet: in area figura media LIB V̄.

ANTONINUS AUG PIUS P·P TR P COS III. Caput Antonini laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

IOVI STATORI. Juppiter nudus ſtans è fronte, dextrâ haſtæ adnititur, ſiniſtrâ fulmen tenet.

ANTO-

ANTONINUS AUG PIUS P P TR P XXIII . Caput Antonini laureatum, ſiniſtrorſum.

PIETATI AUG COS IIII. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrorſum verſa, inter duas parvas figuras pariter ſtantes, dextrâ pomum, ſiniſtrâ infantem tenens.

ANTONINUS AUG PIUS P P. Caput Antonini laureatum, dextrorſum.

TR POT COS II. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ veſtem ſuſtinet, à dextris ara ignita cum encarpis.

FAUSTINA.

DIVA FAUSTINA. Caput Fauſtinæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

AUGUSTA. Figura muliebris velata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ facem, ſiniſtrâ bacillum tenet.
Eadem epigraphe.

AUGUSTA. Figura muliebris ſtans è fronte, dextrorſum verſa, manibus extenſis faces geſtans.
Eadem epigraphe.

IUNO. Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnititur. *Quin.*

MARCUS AURELIUS ANTONINUS.

IMP CAES M AUREL ANTONINUS AUG. Caput Aurelii nudum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

CONCORDIAE AUGUSTOR TR P XV. M. Aurelius à dextris, & L. Verus à ſiniſtris togati ſtantes, dextras jungunt; qui à dextris alterâ manu volumen tenet: in ima parte COS III.

M ANTONINUS AUG TR P XXVI. Caput M. Aurelii laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

IMP VI COS III. Victoria ſeminuda ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextram ad latus, ſiniſtram ponit ſuper clypeum trunco palmæ impenſum, in quo VIC GER.

IMP CAES M AUREL ANTONINUS AUG. Caput M. Aurelii, ut ſupra.

PROV DEOR TR P XV COS III. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ globum ſtellatum, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

AURELIUS CAESAR AUG PII F. Caput Aurelii nudum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

TR POT III COS II. Figura muliebris ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextrâ duas ſpicas, ſiniſtrâ caniſtrum frugum tenens.

FAUSTINA.

FAUSTINA AUGUSTA. Caput Fauſtinæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

SALUTI AUGUSTAE. Figura muliebris ſtolata in cathedra ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram porrigit ſerpenti, ex ara ante ipſam ſtante, exilienti, ſiniſtrâ cathedræ nixâ.

LU-

LUCIUS AURELIUS VERUS.

L VERUS AUG ARM PARTH MAX. Caput L. Veri laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

CONG AUG IIII TR P VII IMP IIII COS III. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ teſſeram frumentariam, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

IMP L VERUS AUG. Caput Veri nudum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

PROFECTIO AUG TR P II. Imperator eques gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ habenas tenens: in ima parte COS II.

L U C I L L A.

LUCILLAE AUG ANTONINI AUG F. Caput Lucillæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

VOTA · PUBLICA. In medio coronæ laureæ.

LUCIUS AELIUS AURELIUS COMMODUS, ET MARCUS COMMODUS ANTONINUS.

M COMMODUS ANTON AUG PIUS. Caput Commodi laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

TR P VIII · IMP VI COS IIII P P. Figura militaris galeata ſtans dextrorſum verſa, cum pallio à tergo, dextrâ clypeo humi fixo, ſiniſtrâ haſtæ inverſæ adnititur.

M COMMODUS ANTON AUG PIUS. Caput Commodi laureatum, ſiniſtrorſum.

TR P VIII · IMP VI COS IIII P P. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam tenet. *Quin.*

C R I S P I N A.

CRISPINA AUGUSTA. Caput Criſpinæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

VENUS FELIX. Figura muliebris in ſella ſedens dextrorſum verſa, dextrâ icunculam tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnititur: ſubtus ſellam cygnus.

PUBLIUS HELVIUS PERTINAX.

IMP CAES P · HELV PERTIN AUG. Caput Pertinacis laureatum, ſiniſtrorſum.

AEQUIT · AUG · TR P · COS II. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

PROVID DEOR COS II. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, utramque manum ad ſydus elevans.

Eadem epigraphe. Caput Pertinacis laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

VOT · DECEN · TR P COS II. Figura virilis velata, & togata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ pateram, ſupra tri-

tripodem, ante ipſam ſtantem cum igne, ſacrificat, ſiniſtrâ togam ſuſtinet.

LUCIUS SEPTIMIUS SEVERUS PERTINAX.

SEVERUS AUG PART MAX. Caput Severi laureatum, ſiniſtrorſum.

FUNDATOR · PACIS. Figura virilis velata ſtans, dextrorſum verſa, dextrâ ramum tenet, ſiniſtrâ togam.

SEVERUS PIUS AUG. Caput Severi, ut ſupra.

PACATOR ORBIS. Caput Solis radiatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

MARCUS AURELIUS ANTONINUS BASSIANUS, CARACALLA.

ANTONINUS PIUS AUG GERM. Caput Caracallæ laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

P M TR P XVII IMP III COS IIII P P. Deus Serapis in ſella ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dexteram extendit ad cerberum, ſiniſtrâ haſtæ adnititur; ſub pedibus ſcabellum.

FULVIA PLAUTILLA.

PLAUTILLA AUGUSTA. Caput Plautillæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

CONCORDIA AUG. Figura muliebris ſtolata in ſella ſedens

dens dextrorſum verſa, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ tenet; ſub pedibus ſcabellum.

PUBLIUS SEPTIMIUS GETA.

P SEPTIMIUS GETA CAES. Caput Getæ nudum, ſiniſtrorſum.

PONTIF COS II. Figura muliebris ſtolata ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextrâ baſtam per transverſum tenet, ſiniſtrâ partem veſtæ, ante eam à ſiniſtris duo pueruli nudi.

MARCUS AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS.

IMP CAES M AUR ANTONINUS AUG. Caput Elagabali laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

VICTOR ANTONINI AUG. Victoria ſeminuda gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam tenet.

MARCUS AURELIUS SEVERUS ALEXANDER.

IMP C M AUR SEV ALEXAND AUG. Caput Alexandri laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

SALUS PUBLICA. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſiniſtrâ ſellæ nixâ, dextrâ pateram porrigit ſerpenti, ex ara ante ipſam ſtante, exilienti.

MA-

MAXIMINUS.

IMP MAXIMINUS PIUS AUG. Caput Maximini laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus paludamentum.

SALUS AUGUSTI. Figura muliebris in cathedra ſedens à dextris ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ ad cathedram, dextrâ pateram tenet, quâ ſerpentem, ex ara ante ipſam poſita, exilientem, paſcit.

MARCUS ANTONINUS GORDIANUS PIUS.

IMP CAES GORDIANUS PIUS AUG. Caput Gordiani Laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus paludamentum.

AEQUITAS AUG. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

IMP CAES M ANT GORDIANUS AUG. Caput Gordiani, ut ſupra.

P M TR P II COS P P. Figura militaris galeata dextrorſum verſa ſtans, dexteram ſuper clypeum humi ſixum tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnititur.

MARCIA OTACILIA SEVERA.

MARCIA OTACIL SEVERA AUG. Caput Otaciliæ ſiniſtrorſum, ad pectus cum ſtola.

PIETAS AUG. Figura muliebris velata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ acerram tenet.

GNEUS

GNEUS MESSIUS QUINTUS TRAJANUS DECIUS.

IMP TRAIANUS DECIUS AUG. Caput Decii laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

GENIUS EXERC ILLURICIANI. Deus Genius nudus ſtans dextrorſum verſus, cum pallio ad humeros, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare.

CAJUS VIBIUS VOLUSIANUS.

IMP CAE C VIB VOLUSIANO AUG. Caput Voluſiani laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus paludamentum.

PRINCIPI IUVENTUTIS. Figura militaris capite nudo dextrorſum verſa ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam tenet.

PUBLIUS LICINIUS GALLIENUS.

GALLIENUM AUG P R. Caput Gallieni laureatum, ſiniſtrorſum; ad pectus cum paludamento.

OB CONSERVAT SALUT. Figura muliebris ſtolata ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextrâ ſerpentem tenet, cui ſiniſtrâ pateram porrigit.

GALLIENUS AUG. Caput Gallieni, ut ſupra.

PAX AUG. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ elatâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum tenet; à ſiniſtris in area u.

LU-

LUCIUS DOMITIUS AURELIANUS.

IMP AURELIANUS AUG. Caput Aureliani laureatum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUG. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam tenet; à dextris in area P., à ſiniſtris *.

MARCUS AURELIUS VALERIUS MAXIMIANUS.

MAXIMIANUS P AUG. Caput Maximiani laureatum, ſiniſtrorſum.

HERCULI DEBELLAT. Hercules nudus ſtans cum clava, hydram interficiens; in ima parte P T.

CAJUS VALERIUS LICINIANUS LICINIUS.

LICINIUS P F AUG. Caput Licinii laureatum, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI. Juppiter nudus cum pallio ex humeris pendulo, ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ ſuſtinet globum cum victoriola, in dextra ſertum habente; ſiniſtrâ haſtæ innixus: à dextris pro pedibus aquila, coronam lauream roſtro geſtans, à ſiniſtris in area X.; in ima parte SIS.

LICINIUS AUGUSTUS. Caput Licinii, ut ſupra.

D IOVI.

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio ex humeris pendente in ſubſtructione ſtans, dextrorſum verſus, dextrâ globum ſuſtinet cum victoriola ſertum habente, ſiniſtrâ haſtæ adnititur, à dextris ad pedes aquila roſtro lauream geſtans: in ſubſtructionis baſi SIC X SIC XX. in ima parte SMNΔ.

CONSTANTINUS MAGNUS.

CONSTANTINUS P F AUG. Caput Conſtantini laureatum, ſiniſtrorſum.

VICTORIA CONSTANTINI AUG. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ; hinc inde duo captivi, humi decumbentes. in ima parte PTR

FLAVIUS JULIUS CONSTANS.

FL IUL CONSTANS P F AUG. Caput Conſtantis ſiniſtrorſum, coronâ ex lauro, & gemmis cintum; ad pectus cum paludamento.

OB VICTORIAM TRIUMFHALEM. Duæ Victoriæ ſtantes, ſimulque ſe reſpicientes, unâ coronam tenent, in qua VOT X MULT XV. in ima parte SMAQ.

FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS.

FL IUL CONSTANTIUS PERP AUG. Conſtantius cum ſtemmate

Digitized by Google

mate criſtato à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.

GLORIA REIPUBLICAE. Figura muliebris galeata à dextris, ſiniſtrâ haſtam, & alia figura muliebris turrita à ſiniſtris, pede dextro proræ navis impoſito, ſiniſtrâ ſceptrum tenens, ambæ ſedentes dextris coronam ſuſtinent, in qua VOT XXX MULT XXXX. in ima parte * SIRM. *

MAGNUS MAGNENTIUS.

IMP CAE MAGNENTIUS AUG. Caput Magnentii nudum, ſiniſtrorſum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUG LIB ROMANOR. Victoria ſtans à dextris ſiniſtrâ palmam tenens, & Civis Romanus togatus ſtans à ſiniſtris, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum, dextris unà tenent trophæum in medio erectum: in ima parte R.

DN MAGNENTIUS P F AUG. Caput Magnentii, ut ſupra.

VICTORIA AUG LIB ROMANOR. Idem typus, ac antecedens: in ima parte TR.

FLAVIUS VALENTINIANUS.

DN VALENTINIANUS P F AUG. Caput Valentiniani ſiniſtrorſum, cum corona ex margaritis; ad pectus paludamentum.

RESTITUTOR REIPUBLICAE. Imperator paludatus ſtans ſiniſtrorſum verſus, dextrâ tenet labarum, in quo Crux,

D 2 ſini-

ſiniſtrâ globum, cui inſiſtit victoriola illi coronam dexterâ porrigens: in ima parte SMNI.

FLAVIUS VALENS.

DN VALENS P F AUG. Caput Valentis ſiniſtrorſum, coronâ ex margaritis cinctum; ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUGG. Imperatores duo ſimul ſedentes à fronte, in cathedra, unâ globum ſuſtinent dextrâ; à victoria retro cathedram ſtante amplectuntur: in ima parte TROBC.

Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

VIRTUS ROMANORUM. Duo Imperatores paludati ſtantes è fronte cum baſtis, vel ſpiculis, unâ tenent globum, cui inſiſtit victoria, coronam utriuſque capiti admovens: in ima parte CONSP.

FLAVIUS THEODOSIUS MAGNUS.

DN THEODOSIUS P F AUG. Caput Theodoſii ſiniſtrorſum, coronâ gemmatâ cinctum; ad pectus paludamentum.

CONCORDIA AUGGGGA. Figura muliebris galeata, & ſtolata ſedens à fronte, facie ſiniſtrorſum verſa, in ſedili duobus leonum capitibus adornato; dextro pede proræ navis impoſito, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ clypeum ſellæ nixum, in quo VOT V MUL X. in ima parte CONOB.

FLA-

FLAVIUS ARCADIUS.

DN ARCADIUS P F AUG. Caput Arcadii ſiniſtrorſum, cum corona gemmata, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AUGGG. Figura muliebris cum galea criſtata ſedens è fronte, ſiniſtrorſum verſa, dextro pede proræ navis impoſito, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum: in ima parte COMOB.

AELIA EUDOCIA.

AEL EUDOCIA AUG. Caput Eudociæ ſiniſtrorſum, cum diademate ex unionibus, & corona imminente; ad pectus cum ſtola.

VOT XX MULT XXX I. Victoria ſtans dextrorſum verſa, crucem longiorem, & majorem tenet dextrâ, ſupra quam ✶: in ima parte CONOB.

HONORIUS.

DN HONORIUS P F AUG. Caput Honorii ſiniſtrorſum, coronâ gemmatâ cinctum; ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUGGG. Figura militaris ſtans ſiniſtrorſum verſa, pede lævo captivum reſupinatum premens, dextrâ innititur labaro, ſiniſtrâ geſtat globum cum victoria, quæ coronam ei porrigit; à dextris in area M. à ſiniſtris D. in ima parte COMOB.

THEO-

DN THEODOSIUS P F AUG. Caput Theodoſii junioris cum ſtemmate criſtato è fronte, dextrâ tenet ſpiculum, ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.

VOT XXX MULT XXXX B. Figura muliebris ſtolata, cum galea criſtata in cathedra ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pede lævo proræ navis impoſito, dextrâ tenet globum crucigerum, ſiniſtrâ rabdum juxta ſcutum; ad tergum figuræ ſedentis ✱ : in ima parte CON....

FLAVIUS PLACIDIUS VALENTINIANUS.

DN PLA VALENTINIANUS P F AUG. Caput Valentiniani ſiniſtrorſum, coronâ gemmatâ cinctum; ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUGGG. Imperator paludatus ſtans è fronte, dextro pede draconem calcans, dextrâ tenet crucem oblongam, ſiniſtrâ globum cum victoria à qua coronatur; à dextris in area R., à ſiniſtris M. in ima parte COMOB.

Alius cum M. à dextris, & D. à ſiniſtris in area, eodem typo.

Eadem epigraphe, cum eodem capitis typo.

Crux in laurea: in ima parte COMOB.

LEO.

DN LEO PERPET AU. Caput Leonis, è fronte cum galea cri-

criſtatâ, dextrâ geſtat ſpiculum ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.

VICTORIA AUGGG B. Victoria ſtans dextrorſum verſa dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ veſtem colligit, à ſiniſtris in area ✶: in ima parte CONOB.

DN LEO PERPET AUG. Caput Leonis, ut ſupra.

VICTORIA AUGGG Z. Idem typus, ac antecedens. Eadem epigraphe.

VICTORIA AUGGG S. Cum eodem typo, & literis ac ſuperior.

JULIUS MAJORIANUS.

DN IULIUS MAIORIANUS P F AUG. Caput Majoriani ſiniſtrorſum, cum galea criſtata, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum, in quo Chriſti monogramma.

VICTORIA AUGGG. Imperator paludatus ſtans è fronte, pede dextro draconem proterens, dextrâ tenet crucem oblongam, ſiniſtrâ globum cum victoria, à qua coronatur; à dextris in area A., à ſiniſtris R. in ima parte COMOB.

LIBIUS SEVERUS.

DN LIBIUS SEVERUS P F AUG. Caput Severi ſiniſtrorſum, coronâ ex gemmis ornatum, ad humeros paludamentum.

VICTORIA AUGGG. Imperator paludatus ſtans è fronte, dextro pede caput draconis calcans, dextrâ tenet crucem

cem oblongam, ſiniſtrâ globum cum victoriola, à qua coronatur, à dextris in area R. à ſiniſtris M. in ima parte COMOB.

PROCOPIUS ANTHEMIUS.

DN ANTHEMIUS P F AUG. Caput Anthemii è fronte cum galea criſtata, ad pectus cum lorica; dextrâ geſtat ſpiculum ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

SALUS REIPUBLICAE. Duæ figuræ viriles habitu militari galeatæ, & paludatæ ſtantes è fronte, haſtis adnixæ, unâ tenent globum crucigerum; inter utraſque * : in ima parte CORNOB.

Eadem epigraphe. Caput Anthemii ſiniſtrorſum, cum corona ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Crux in medio coronæ laureæ: in ima parte COMOB.

ZENO.

DN ZENO PERP AUG. Caput Zenonis è fronte cum galea criſtata, ad pectus cum lorica; dextrâ geſtans ſpiculum ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.

VICTORIA AUGGG B. Victoria ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ veſtem colligit, à ſiniſtris in area *: in ima parte CONOB.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AUGGG Z. Idem omnino typus, ac antecedens.

DN

DN ZENO ····· AUG. Caput Zenonis ſiniſtrorſum cum corona ex margaritis; ad pectus cum paludamento.
Crux in corona laurea: in ima parte CON···

ANASTASIUS.

DN ANASTASIUS P F AUG. Caput Anaſtaſii ſiniſtrorſum, cum corona ex margaritis; ad pectus cum paludamento.
VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria ſtans dextrorſum verſa, dextrâ coronam geſtat, ſiniſtrâ globum crucigerum; à ſiniſtris in area ∗: in ima parte COMOB.
DN ANASTASIUS PP AUG. Caput Anaſtaſii, ut ſupra.
VICTORIA AUGUSTORUM. Idem typus, ac antecedens: in ima parte CONOB.

JUSTINUS.

DN IUSTINUS P F AUG. Juſtinus cum galea criſtata è fronte, ad pectus cum lorica; dextrâ geſtat ſpiculum ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.
VICTORIA AUGGG A. Victoria ſtans dextrorſum verſa, dextra tenet crucem oblongam, ſiniſtrâ veſtem colligit; à dextris in area ∗: in ima parte COMOB.
DN I··TINUS PP AUG. Juſtinus cum ſtemmate criſtato ſtans è fronte, dextrâ tenet globum cum victoriola ſertum porrigente, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.
VICTORIA AUGGG P. Figura ſtolata, & turrita ſedens

 è fron-

è fronte ſiniſtrorſum verſa, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum crucigerum: in ima parte CONOB.

JUSTINIANUS.

DN IUSTINIANUS PP AV. Juſtinianus cum galea criſtata è fronte, ad pectus cum lorica, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA AUGGG Γ. Victoria ſtans, dextrâ tenet rhabdum crucigerum, ſiniſtrâ globum crucigerum, à ſiniſtris in area *: in ima parte CONOB.

DN IUSTINIANUS PP AVG. Juſtinianus è fronte, ſiniſtrâ tenens clypeum, in quo eques, reliqua ut ſupra.

VICTORIA AUGGG Δ. Idem typus, ac antecedens.

DN IUSTINIANUS ······ Caput Juſtiniani, ut in primo.

VICTORI···· GGG Ρ. Idem typus, ac ſuperior.

DN IUSTINIANUS PP AUG. Caput Juſtiniani ſiniſtrorſum, coronâ ex margaritis cinctum; ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, & retrorſum reſpiciens, dextrâ tenet lauream, ſiniſtrâ globum crucigerum; à ſiniſtris in area *: in ima parte CONOB.

JUSTINUS JUNIOR.

DN IUSTINUS PP AUG. Caput Juſtini ſiniſtrorſum, coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTO-

VICTORIA AUGGG. Victoria ſpoliis inſidens à dextris ſiniſtrorſum, ſcribit in clypeo, ad pedes rhabdum: in ima parte co....

MAURITIUS TIBERIUS.

DN MAUR C TIB PP VI. (*ſic*) Caput Mauricii ſiniſtrorſum, cum corona ex margaritis; ad pectus chlamys.

VICTORIA AVIVITORUM. Victoria ſtans è fronte coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum ſiniſtrâ; à ſiniſtris in area X. in ima parte CONOB.

FLAVIUS FOCAS.

DN FOCAS PERP AU. Focas è fronte cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum paludamento; dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA AUGЧ F. Victoria ſtans è fronte, dextrâ tenet rhabdum crucigerum, ſiniſtrâ globum crucigerum: in ima parte CONOB.

HERACLIUS.

D NN HERACLIUS ET HERA CONST PP AU. Heraclius, & Heraclius-Conſtantinus è fronte, cum ſtemmatibus crucigeris, in cujus medio crux.

VICTORIA AUGЧ E. Crux inſiſtens gradibus cum CONOB. in ima parte.

 DN

DN HERACLIUS PP AUG. Caput Heraclii ſiniſtrorſum, coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVIVITORUM. Circa crucem: in ima parte CONOB.

CONSTANS.

..... CONSTANTINUS C ..ONSTAN. Duo capita Imperatorum, nimirum Conſtantis cum barba promiſſa, & Conſtantini adhuc pueri, ambo cum ſtemmate crucigero; inter utriuſque capita crucicola.

VICTORIA AUGUS. Crux inſiſtens gradibus, cum CONOB. in ima parte.

CONSTANTINUS III. POGONATUS.

DN CON....... NUS PP. Imperator cum ſtemmate criſtato ſtans è fronte, dextrâ tenet ſpiculum ſuper humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo eques.

VICTORIA .... Crux inſiſtens gradibus inter duos Imperatores, cum ſtemmatibus, & globis crucigeris: in ima parte CONOB.

DN CONSTANTINUS PP AUG. Conſtantinus è fronte cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AUGU E. Crux quatuor gradibus inſiſtens: in ima parte CONOAC.

CON

CON··ZANT··NI. Duo Imperatorum capita cum ſtemmatibus crucigeris è fronte, inter utrumque caput crux.

VICTORIA AUGUS. Crux gradibus inſiſtens inter duos Imperatores ſtantes, cum ſtemmatibus, & globulis crucigeris: in ima parte CONOB.

JUSTINIANUS.

··· IUSTI··· NUS PE AU. Juſtinianus è fronte cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum; ad pectus paludamentum.

VICTORIA AUGUS Θ. Crux inſiſtens gradibus: in ima parte ··· NOB.

THEOPHILUS.

ΘEOFILOS. Theophilus è fronte cum ſtemmate, & globo crucigero in dextra; ad pectus cum paludamento.

ΘEOFILOS. Caput Theophili ut ſupra, cum pectore gemmis ornato, dextrâ geſtat crucem.

✱ ΘEOFILOS BASILE' Θ. Caput Theophili è fronte cum ſtemmate crucigero, dextrâ geſtat crucem geminam; ad pectus cum paludamento.

✝ MIXAHL S CONSZAHZIN'. Protome Michaëlis, & Conſtantini, cum ſtemmatibus crucigeris, & paludamento, in medio eorum crucicula.

✱ ΘEOFILOS BASILEX. Caput Theophili, ut ſupra.

✝ MIXAHL S COhSZAhZIh'. Idem typus, ac antecedens.

 BA-

B A S I L I U S.

BASILIOS ET COBSTANT AUGG b. Duo Imperatores è fronte cum ſtemmatibus crucigeris, unà crucem geminam tenent; qui à dextris, ad pectus habet gemmas, qui à ſiniſtris paludamentum.

† IHS XIS REX REGNATIUM. (*ſic*) Effigies Chriſti ſedentis è fronte, ſiniſtrâ tenens librum Evangeliorum, dextrâ extenſâ benedicentis ritu.

B A S I L I U S II.

† BASIL C CONSTANTIN M. Duo Imperatores ad medium pectus, cum ſtemmatibus crucigeris, dextris tenent crucem longiorem.

† IHS XIS REX REGNANTIUM. (*ſic*) Chriſti pmtome, cum libro Evangeliorum in ſiniſtra.

† BASIL' E' CONSTANTIN' R'. Duo Imperatores, ut ſupra.

† IHS XIS REX REGNANTIUM. Idem typus, ac ſuperior.

ROMANUS IV. DIOGENES.

· ΘCE BOHΘ ROMANω. Imperator cum loro, & cum ſtemmate crucigero ſtans, ſiniſtrâ geſtat globum crucigerum, dextrâ ad pectus, à ſiniſtris ſtat Deipara coronam Imperatori manu dextrâ imponens; ſupra M Θ.

† IHS XIS REX REGNANTIUM. Chriſtus in cathedra ſedens.

JOAN-

JOANNES II. COMNENUS.

Iω······ Epigraphe difficilis lecturæ. Imperator cum loro ſtans, dextrâ tenet crucem geminam longiorem, levâ volumen; à ſiniſtris Deipara coronam Imperatori imponens: ſupra M Θ.

IC XC. Chriſtus ſedens ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenens, dextrâ elatâ, & expanſâ benedicens.

Iω ΔC···· Idem typus, ac antecedens tam ex una, quam ex altera parte.

FRIDERICUS.

CESAR AUG O IMP ROM· (*ſic*) Caput Friderici ſiniſtrorſum, laureatum; ad pectus cum paludamento.

† FRIDERICUS. Aquila alis expanſis roſtro ſiniſtrorſum verſo.

NU-

NUMISMATA
REGUM.

PHILIPPUS REX MACEDONIÆ.

Sine epigraphe. Caput Philippi ſiniſtrorſum, laureatum.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Biga equorum currens à dextris ſiniſtrorſum cum auriga; inter pedes equorum ſcutum.

Alius, cum vaſe inter pedes.

Idem caput.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Fulmen alatum.

ALEXANDER M. REX MACEDONIÆ.

Sine epigraphe. Caput Alexandri, ſeu Palladis galeatum, ſiniſtrorſum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡ. Victoria ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet lauream, ſiniſtrâ tridentem; ad pedes à dextris ſpica, à ſiniſtris ſecuris.

Idem Caput.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Victoria ſtans ut antecedens; à dextris in area videtur caput arietis.

Idem Caput.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. (*ſic*) Alius, ſed à dextris formica, & K.

LY·

LYSIMACHUS REX THRACIÆ.

Sine epigraphe. Caput Lyſimachi ſiniſtrorſum cum benda, & cornibus Jovis Ammonis.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Figura galeata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet victoriolam, & ſuper brachium haſtam per transverſum, ſiniſtrâ ſuper ſcutum ſellæ nixum, ſubtus tridens: in area à dextris ΗΡ

PTOLEMÆUS SOTERES REX ÆGYPTI.

Sine epigraphe. Caput Ptolemæi ſiniſtrorſum, cum zona.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Aquila alis expanſis gradiens à ſiniſtris dextrorſum; à dextris in area Χ.

AGATHOCLES SYRACUSARUM TYRANNUS.

Sine epigraphe. Caput Agathoclis, ſeu Palladis galeatum, ſiniſtrorſum.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ ΒΑΣΙΛΕΟΣ Φ. Fulmen alatum.

Cum non ſit hic locus declarandi, an capita galeata, quæ videntur in numiſmatibus ALEXANDRI *Macedoniæ Regis*, & AGATHOCLIS *Syracuſarum Tyranni*, *verè eos repreheſentent*, *ſeu potius Palladem*, *quiſque pro nunc ad libitum credat.*

NU·

NUMISMATA
POPULORUM, ET URBIUM.

ΚΟΣΩΝ. Populorum Civitatis Coſſæ in Etruria prope S. Stephani Portum ad orientem, nunc diruta; ſed uſque ad hæc tempora extant veſtigia aliqua. Tres figuræ togatæ gradientes à ſiniſtris dextrorſum, quarum duæ, prima, & tertia dextrâ ſecurim tenent. Ex altera parte, aquila dextrorſum verſa, pede dextro, & elevato coronam lauream tenet. *Harduinus ſententiam habet contrariam.*

ROMA. *Ad Urbem Romam, contra Goltii dubium ſpectare hunc, & ſimiles nummos, me docuit dignis obſervationibus Eruditiſſimus Bianchi.* Aquila fulmini inſiſtens roſtro coronam tenens. Ex altera parte XXXX. Caput galeatum ſiniſtrorſum.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Civitatis Syracuſanorum in Sicilia. Caput Cereris dextrorſum, cum corona ſpicea. Ex altera parte ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ. hoc eſt, *Sub Iceta*. Biga equorum à dextris ſiniſtrorſum currens, figurâ muliebri alatâ aurigante.

INCOGNITUS. Caput Cereris cum corona ſpicea, dextrorſum. Ex altera parte equus ſtans à ſiniſtris, in medio Sydus, ſeu potius Sol.

Alius

Alius. Caput Cereris, ut ſupra. Ex altera parte equus ſtans à ſiniſtris.

Alius. Cum aliqua diverſitate ex parte capitis.

An hi tres ultimi nummi ſint potius aſſignandi alieni Civitati Regni Siciliæ trans Pharum, quam alteri ultra Pharum, cum doctorum Virorum opiniones audivero, meam proferam ſententiam; cum Cereris capita, & Equi ſigna in iiſdem impreſſa, utriſque optimè conveniant.

F I N I S.

Ab

AB Eruditiſſimis , atque amantiſſimis rerum antiquarum Viris , in quorum manus hæc ſimplex deſcriptio pervenerit , benigne petitur , ut ea diligenter examinatâ ſi quid inveniant , quod eorum ſententiis non congruat , ſuas difficultates exponere non dedignentur JOSEPHO NICCOLINI *Equiti Hieroſolymitano , & hujus Theſauri poſſeſſoris Filio , qui cum ei in mentem venerit publici juris facere omnia Numiſmata , quæ in eodem Muſæo aſſervantur , numero prope quatuor millia , & nonnulla inedita (Populorum & Urbium juxta methodum P.* HARDUINI *; Regum , & Familiarium Conſularium ,* VAILLANT *; Imperatorum Romanorum &c. P.* BANDURI *) antequam opus hoc aggrediatur ſcire deſiderat , an hæc deſcriptio ſit per ſe adeo clara , ut ſimplici ejuſdem lectura à Perito hujus Scientiæ concipi poſſit , quomodo ſit efformatus Nummus , dum aliorum deſcriptioni clandeſtinis horis elaborare non ceſſat .*

99 340974